

Eugenii IV. Pont. Max. PP.

1420. 363.
1453

Mag. Du. Lith.

~~Idem paulo ante medium Mart. V. PP.~~

Carissimo in Christo Filio Vladislao Rege Poloniae Illustri salutem, et.
Post discessum dilecti filii Nicolai oratoris et procuratoris tui, nullas literas recepimus a serenitate, audivimus tamen, de sospitate tua & bono statu, quod fuit nobis et est audire jucundissimum. Diligimus enim tuam personam in omni animi affectione, ac praecipua quadam caritate complectimur, propter tuam singularem erga nos, et statum nostrum et Ecclesiae affectionem pariter et devotionem. Intelligimus etiam quotidie, quanta cum maturitate consilii procedas, circa factum Concilii Basillensis, in quo, prout aperte potes perspicere existunt homines magis cupidi seditionum et novitatis, quam pacis Christi fidelium, et unionis Ecclesiae; qui quid quaerant, quid moliantur contra nos, non obscure significant: non enim ad reformationem Ecclesiae vacant, sed ad depressionem Romanae Ecclesiae atque nostram. Sed obtundet Deus eorum conatus, per tuam, et aliorum fidelium et devotionem Principum sapientiam. Veruntamen nos semper ad pacem et quietem Ecclesiae et Christi fidelium intenti, misimus Basileam nostros oratores cum pleno mandato, de comprobando illud Concilium, super tribus rebus, propter quas solas Concilium fuerit a principio congregatum; extirpationem haeresum, reformationem Ecclesiae, ac procurandam Christi fidelium pacem, quod si illi acceptabunt, laetabimur in Domino, propter bonum Reipublicae Christianae; si non, nimis notum erit omnibus fidelibus, illos sequi consilia perniciosae Ecclesiae, et ab unione remota. Dat. Romae Tertio Idus Oct. Anno III.

106

365.

107



Ex Cod. Ms. Bibl. Barberinae 2608.

2 Gieranen

ayn zewszostkiemi y kazdemi Jez pozytkami
niejakiemus Jackowi Nazwanemu Frymiae-
ki za stuzby Jezgo w Bohorelu Trech
Chopiu dab y zapisad w Wożarszynie
Miesiaca Junij Dnia Dytznastego
z Bieregia
Testament Marcina Jusztotta z Gieranin
wedy

1420

1420

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

1420

Vertical handwritten text on the left edge of the page, likely bleed-through from the adjacent page.